

si ad eorum famulatum puram conscientiam deferamus;
 Sicuti forte dura & ineluctabilis uideatur ista militia:
 non abiciat hastam ante quam clavicum crep& nec
 eum ante pugnam frigus mortis inuadat; Nemo si
 gna deserat saluatoris; Dedit exemplum mittit
 auxilia; Certa uictoria est cum talibus commilitonibus
 & cum xpo imperatore pugnare; Tunc profecto in
 me splendet galea sacerdotis: si me in aie cari
 tas uestra perspexerit; Incendium glorie est
 uobis spectantibus uobis sequentibus dimicare; Tuta
 factio & salutaris munitissimus portus est: fides in con
 cussa & constantia spiritalis; Bona uita nihil prodest
 si nescias cui uiuas; In altum rapi& turbo uentorum
 leuem & incredulam mentem; Fides est. que scos
 uexit ad celum; fides e. que reseruit tumulos mor
 tuorum; fides est. que flammam uertit in rorem: &
 in incendiis globos salutare frigus inmisit; Fides
 est. que fluctuantium undarum liquores subambu
 lantum uestigis solidauit; fides est. que martyras
 in exemplum dominice mortis exhib& consecratos;
 fides est. que confessorum animas munit in certamine